



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

De vsu, & Varijs ordinibus figurarum. Capvt XVIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](#)

Rei magnæ humilis expositio definitur à Servio.

## Tautologia.

*Agquil. p. 21.* Eandem rem pluribus verbis significat hoc schema. Differit autem per exiguo à superiori figura. Synonimia: Ibi enim singulæ partes ex ordine idem significantes ponuntur: hic unus nominis, aut verbi prius positi vis deinceps pluribus verbis explicatur: ut si dicas: Senatus, populique Romani summum consilium, à quo ordine iura exteræ nationes petunt. Hic enim unum nomen Senatus prosecutionem accipit ex pluribus verbis, non aliud significantibus. Qui enim summum consilium dixit, & eum ordinem, à quo exteræ nationes iura petant, non aliud, quam senatum dixit, sed prosequendo latius ornauit elocutionem.

## Traduotio.

Eiusdem verbi crebrius positi quædam distinctione: vt, Qui nihil habet in vita iucundius vita, is cum virtute vitam non potest colere: Cic. lib. 4. ad Heren. Eadem est cum analipsis.

## Zeugma.

*Int. Ruf.* Est cum unam verbum communiter multis sententiis iungitur ad omnes pari significatione pertinens, & adnexum, vt,

*Aeneas Urbe, & sociis, & classe relata.*

Latinè hæc figura dicitur ligatio, vel annexione.

**N**E quid igitur à me in hac parte desideratur, vñlum est istam figurarum nomenclaturam, ex Demetrio Phalereo, Hermogenie, Longino, Alessandro, Aristidis scholiastis, Rutilio, Aquila, Rufiniano, Beda, & ceteris breuiter subjicere, tum propter antiquitatis auctoritatem, quam magni facio, tum propter variam, & sane non inutilem cognitionem. Sed quia multas in tot veterum observationibus esse minutias nemo non videt, nunc omissa leuiorum figurarum disquisitione, de vñl carum, quæ notiores sunt, & ad orationis ornamenti sapienter adhibentur, maxime Ciceronianis exemplis pauca dicam.

## De vñl, &amp; Varijs ordinibus figurarum.

## CAPVT XVIII.

**Q**uod vestis corpori, stellæ cœlo, pratis flores, regum coronis margaritæ, scenæ & foro tabula, arque insignia, hoc orati-

oni figuræ, quibus nihil in oratorum apparatus magnificentius: sed tamen tenendum est in vñl quidam nodus, ne si nimæ fuerint, ipsa oratio potius oblinia, quam distinguenda videatur.

Nescio enim quo pacto, non modo in rebus humanis, sed & in verbis contingere solet, vt summa voluptas fastidio sit vicina: & pulcherrima quæque si fuerint communiora, satietate impleant animos potius, quam delecent. Itaque & in mundo recurantes diei, & noctis vices lucem efficiunt mortalibus iucundorem, & annum temperant hyenis rigor, feruor & fatis, amoenus veris decor, & autumni grata maturitas, quæ à Deo in natura primum condita, orator in verbis (sunt enim quasi naturæ imagines) imitabitur, nec orationem figuris faciet, potius, quam decorabit.

Itaque nunc de earum vñl à nobis dicendum est, non eo quidem ordine, qui tyronibus tradi solet, sed qui institute nostro, & deductis ingenij sit commodior. Ac certè dum cōplicitor animo figuræ omnes, vel ad docendum, vel ad mouendum fistas reperio.

Primum igitur de ijsagam, quæ ad illustre, & suave genus dicendi, in quo potissimum effert se delectatio attinet, deinde grauis generis ornamenta, & figuræ, quibus & docere, & mouere possumus, ostendam.

Figure fermè omnes, quibus hæc dicendi suauitas excolitur, aut in conformatione aliquius imaginis, aut in repetitione verborum, aut in dictiōnum nexu, & quadam gratia concinnitatis versantur. Quæ rerum imagines efformant, vel uno, aut paucis verbis faciunt: ex quo oriuntur metaphoræ, antonomasiæ, epitheta, periphrases, synonimia, vel artificiosus, atque vberius expolunt imagines, unde descriptions emergunt.

## De primo ordine figurarum.

Quæ imagines uno, vel paucis verbis exprimentur.

## C A P V T XIX.

Prima series figurarum metaphoram, antonomasiam, epithetum, periphrasim, synonimiam comprehendet. De translatione hæc prescribit Demetrius.

Metaphora est ad vñl verbum contra-

S 8

cta